Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308530-p0001-9

Sld

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308530-p0002-5

EPICEDIUM

QVO

INOPINVM, BONISQVE OMNIBVS LVCTVOSVM

OBITVM

VIRI

DOMINI

FRANCISCI ERNESTI STRECKERI,

AD D. BLASII PASTORIS, CONSISTORII ASSESSORIS, SCHOLÆ INSPECTORIS ET ORPHANOTROPHII ADMINISTRATORIS

PRIDIE IDVS NOVEMBRIS MDCCXXXIX

PIE PLACIDEQVE DEFVNCTI,

EXEQVIIS D. X. CALEND. DECEMBRIS CELEBRATIS

LVGVBRI CRENA

DECANTARE VOLEBANT

BAIVLATORES

Opera CHRISTIANI FRIDERICI PFEIFFERI, Rever. Miniſt. Cand.

EHEV! Quam triſtis noſtras adlabitur aures
  Fama! Replet tremulus pectora tota pavor.
STRECKERVS queruli ſentit contagia morbi,
  Ferventes artus febre premente gravi.
Jactatur rapidæ medio in diſcrimine mortis,
  Atque anima corpus deficiente riget.
Littera perfertur, magni prænuncia luctus,
  Illum præcipiti ſuccubuiſſe neci,
Sic cadis ante diem, longum qui vivere ſeclum
  Dignus, et a nobis hinc inopinus abis.
Hem! Funeſta dies, hem! Fatis triſtibus orta,
  Lux nobis ſigno iure notanda nigro!
Sed quæ eſt cauſa necis? Peccatum grande, quod omnes
  Terrigenas ſubito ſæpe necare ſolet.

Hoc iuvenem atque ſenem, vatem myſtamque trucidat,
Hoc ſine lædenti fuſte vel enſe necat.
Hoc fundit, tundit, ludit truditque fatigat
Trux, trucibus ſtimulat, diſcruciatque modis.
Oſſa quatit, frangit, multa vibice flagellat,
Langvida membra tremunt, vulnera pure madent.
O nos iam miſeros! miſeros, quos denique ſemper
Mors ipſa expectat pallida, dura ſatis.
Heu! STRECKERE, facit TE, TE Libitina rapinam,
Cum neque maturus, cum neque dignus eras.
Conquerar, an ſileam? Tacito ſtupet ægra dolore
Mens, ſtetit et luctu penna retenta gravi.
Flete catervatim, qui pendent eius ab ore
Omnes, flete, Viri funera, ſancta cohors.
Fida caterva TVVM, quæſo, lugeto MINISTRVM,
Qui cathedra ſparſit dogmata ſacra Dei.
Flete catervatim quoque, tu ſtudioſa corona,
Et triſtes Elegos ingeminate Deo.
Dicite triſte Vale lugubri carmine, gratis
Quemlibet e vobis qui vigil edocuit.
Flete, boni cives omnes, quos flere decebit,
Ac luctu veſtro condecorate meum.
Solvitur in fletus CONIVX, poſcitque MARITVM,
Dimidium cordis ſentit abeſſe ſui.
Ingentem gemitum SOCER hinc ad ſydera tollit
Cum GENERO, lacrymas multiplicatque ſuas.
Anxia moeſtorum NATI, NATAEQVE, NEPOTVM
Mens queritur: Cecidit ſpes: Cecidiſſe dolent.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308530-p0005-1

Siſtite ſed lacrymas, quia ſic tulit alma voluntas
Numinis: hæc planctu non revocanda venit.
Nulla nocere queunt, (ut multa nocere putemus,)
Quæ prodeſſe cupit gratia blanda Dei.
At STRECKERE, ſacra, TU jam decorate corona
Divorum, dormi, perpetuumque vale.
Caſibus innumeris, multisque erepte periclis,
Myſta, vale, capta gaudia ſumma Poli.
Molliter in gelido requieſcant membra ſepulchro,
Dum tuba coeleſti reddet ab arce ſonum.
Surgite defuncti confeſtim, ſurgite cuncti,
Quos capit orbis humi, quos capit unda, mare:
Felix, quem inveniet ſubitæ necis hora paratum
Ultima: Nos omnes inſtrue, ſancte Deus!

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

R.140

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308530-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308530-p0008-8

EPICEDIUM

QVO

INOPINVM, BONISQVE OMNIBVS LVCTVOSVM

OBITVM

VIRI

DOMINI

…ANCISCI
…RNESTI
…TRECKERI,

…SII PASTORIS, CONSISTORII ASSESSORIS,

…LÆ INSPECTORIS ET ORPHANOTROPHII

ADMINISTRATORIS

… PRIDIE IDVS NOVEMBRIS MDCCXXXIX

…E PLACIDEQVE DEFVNCTI,

… D. X. CALEND. DECEMBRIS CELEBRATIS

LVGVBRI CRENA

DECANTARE VOLEBANT

BAIVLATORES

…RISTIANI FRIDERICI PFEIFFERI, Rever. Miniſt. Cand.